

1580 marzo 20, Cadignano.

Visita apostolica dell'arcivescovo di Milano Carlo Borromeo. Relazione della visita preliminare del sub-delegato.

Roma - Archivio Segreto Vaticano: S. Congregatio Concilii, Visitatio Apostolica, 65, cc. 430v-431r.

Ediz.: TURCHINI-ARCHETTI-DONNI, 2004, p. 469.<sup>1</sup>

---

(revis.: T.C., 06.2008)

[c. 430v] {Cadignani}<sup>2</sup>

Die XX Martij 1580.<sup>3</sup>

Visitavit parochialem ecclesiam *ssanctorum* Nazzarij, et Celsi, loci Gadignani, alias unitam capitulo Cathedralis Brixie. qui habent<sup>4</sup> ius colligendi vicarium Est autem consecrata. Sanctissimum sacramentum in ea assidue custoditur in tabernaculo ligneo super altare maiori collocato, cui lampas *prelucet* Capituli Brixie impensis. Baptisterium *non* est ad formam. Altaria quinque habet, Maius uidelicet, et reliqua indotata. Cemeterium *non* est undique septum. Sacristia et Domus parochialis adsunt.

Vicarius, Curatus est presbyter Michael locadellus, aetatis annorum 50 cum mercede librarum 150 que solvitur a capitulo Brixienne. De titulo; ordinibus, et deputatione sui officij *non* dicit. scientia tolerabilis, || [c. 431r] Clericum non habet. Animę sunt 640 ex quibus sacram communionem suscipiunt 390 schola doctrinę christianę minus feruenter exercetur. schola *Sanctissimi sacramenti* adest, de illius tamen erectione *non* constat et regulas *non* confirmatas habet.<sup>5</sup>

---

<sup>1</sup> Di questa trascrizione si porranno in nota solo le varianti più significative.

<sup>2</sup> Nel margine. Sottolineato nel ms; lo stesso per il seguente.

<sup>3</sup> L'intestazione si ripete identica al principio della pagina seguente. La divisione in paragrafi è redazionale.

<sup>4</sup> TURCHINI, 2004, p. 469: "habet".

<sup>5</sup> Segue: «Quinzani».